

[13][*Ne clerici arma offensibilia portent*]¹

Volumus eciam, quod omnes clerici nostre dyocesis et presertim prelati et canonici nostre cathedralis ecclesie armis offensibilibus non utantur et habitum et tonsuram deferant clericalem; quod si infra hinc et festum Natale Domini adimplere neglexerint, contra ipsos prout visum fuerit, Dei suffulti auxilio, procedemus.

[14][*De ieiunio*]¹

Ceterum, quia statutum nostrorum antecessorum de ieiunando [in] vigilia Epyphanie Domini et beati Viti et Modesti et Corporis Christi, quod nullum actenus fructum attulit, quin ymo tetendit transgressoribus laqueum venenosum, unde volentes animarum periculis, que procul dubio ex ipso statuto proveniunt, obviare, ipsum statutum et ipsius penam [revocamus, volentes] alia ieiunia, que per ecclesiam instituta sunt, firmiter observari. Mandantes autem auctoritate Dei omnipotentis et ea qua fungimur revocare in toto [ieiunia supradicta] devocioni sue quoad hoc per quemlibet non erogando.

In cuius rei testimonium presens statutum sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri. Actum et datum Prage anno Domini M^oCCCXLIII in die sancti Luce, pontificatus vero nostri anno primo.

[1] ^acredentes K ^bsecus add K ^cpromulgatos K ^dquos K ^eprout K ^fexecutioni debite K ^gin proximo K ^hnos add K

ⁱDesignatio rubricarum nostra propria. In manuscriptis nobis notis deest

[2] ^aadd ad K

[3] ^aascenso K ^bnobis – deputatis om K
'XIII, c. 69

[4] ^ageneratur K

[5] ^atenetur K ^bexcommunicationis sentencie procellantur K ^cin textu lectio melior in K
^dmandamus K ^ealioquin incurrisse om K ^flectio melior in textu ^glectio K ^hinvocata – secularis add K

¹Cf. XIII, 71–72 ²Cf. HARTZHEIM, *Concilia Germaniae*, p. 214b de usuris, summar. 1, 2

[6] ^alibellos – notariis ads K ^blectio Kb ^cannis – studentis add K

[7] ¹Cf. XIII, 65

[8] ^alectio K ^blectio K ^cpro bonorum K
'XIII, 83

[9] ^aper presentes add K ^bet carum K ^cabsolvendos K ^dinit K 'XIII, 30

[10] ¹Cf. XIII, 29

[11] Cf. X, 5, 35, 1–3 et hic IV, 3

[12] 'XIII, 9

[13] Cf. XIII, 28

[14] Cf. V, 1 et XIII, 56.

XIII. STATUTA PROVINCIALIA
[Praga, 11.–12. novembris 1349]

REGISTRUM STATUTORUM

1. De fide catholica et summa Trinitate
2. De constitutionibus
3. De re scriptis
4. De consuetudine
5. De electione prelatorum
6. De excommunicatione eorundem
7. De renuntiatione ecclesiastici beneficii
8. De etate et qualitate ad sacros ordines et curata beneficia promovendorum
9. De clericis peregrinis
10. De officio archidiaconi
11. De vicariis
12. De officio delegati
13. De officio ordinarii
14. [Quod episcopi habeant penitentiarios et confessores]
15. De hiis, qui post mortem plebani dotem spoliant
16. De maiortate et obedientia
17. De capellanis in castris servientibus
18. De hiis, cum clericus detinetur
19. [De oratione pro rege facienda (KB)]
20. De advocatis, qui sunt presbyteri vel prelati
21. De hiis, que vi metusve causa fiunt
22. De hiis, qui communicant cum excommunicatis
23. De alienatione mutandi iudicii
24. De iudiciis
25. De foro competentis
26. De fide instrumentorum
27. De appellationibus vel de hiis, qui sibi iudicium iniuste usurpant
28. De vita et honestate et habitu clericorum et de hoc quod vagi non debent colligi et clerici non debent esse uxorati et presbyteri debent habere superpellicia in ecclesiis
29. De cohabitatione clericorum et mulierum, de plebanis, qui vicarios concubenarios fovent, presbyter in mortali peccato existens excommunicatus est
30. De clericis non residentibus circa beneficia

31. De hiis, qui beneficia occupant violenter
32. De institutionibus i. e. qui debent confirmari, de hiis qui sine confirmatione beneficia obtinent
33. De concessione prebende non vacantis
34. De rebus quibuscumque clericorum servandis
35. De rebus ecclesie alienandis vel non
36. De venditione et emptione
37. De pignoribus
38. De testamentis et ultimis voluntatibus
39. De testamentis quibus et cui debent
40. De sepulturis
41. De electione sepulture
42. De hiis, qui debent in ecclesiis sepeliri
43. De parochiis
44. De statu monachorum
45. De capellis monachorum
46. De iure patronatus
47. De hiis, qui symoniaci putantur
48. De consecratione ecclesie vel altaris
49. De celebratione missarum
50. Vacat [Quod clerici ioculatores non habeantur]
51. De novis missis
52. De altari viatico
53. De baptismo
54. De custodia eucharistie, chrismatis, vestimentorum et sacramentorum ecclesie
55. De festivitibus celebrandis
56. De observatione ieiuniorum
57. De ecclesiis edificandis
58. De immunitate ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum, de captivatione clerici, de eo qui clericum occidit
59. [Rescripta] De thelonio
60. [Rescripta]
61. De sponsalibus et matrimoniis, de clandestina desponsatione
62. De cognatione spirituali
63. De consanguinitate et affinitate
64. De eo, qui duxit in matrimonium, quod polluit per adulterium
65. De symonia ne aliquid pro spiritualibus exigatur
66. De Iudeis

67. Vacat [Item aliud de Iudeis]
68. Vacat [De Iudeis]
69. De hereticis
70. De raptoribus
71. De usuris et usurariis
72. Vacat [de eodem]
73. De falsariis
74. De sortilegiis
75. De clerico excommunicato vel irregulari celebrante
76. De iniuriis et dampno dato
77. Vacat [De rancore]
78. De penitentiis et remissionibus
79. De confessione: qui debent coartari tempore quadragesime ad confessionem
80. De fratribus predicatoribus et minoribus
81. De indulgentiis et penitentiis
82. De electione confessoris
83. De sententia excommunicationis, suspensionis et interdicti
84. De eo, quod nullus teneatur communicare maiori excommunicatione excommunicatum
85. De verborum significatione
86. De regulis iuris

STATUTA

Proemium

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen.

Arnestus, Dei et Apostolice Sedis gratia sancte Pragensis ecclesie archiepiscopus, universis prelati, capitulis, conventibus, plebanis, ecclesiarum rectoribus, clero, clericis et ceteris Christi fidelibus tam religiosis quam secularibus per Pragensem civitatem et diocesim et provinciam constitutis, in omnium Salvatore salutem et presentium observantiam frequenti lectionis studio salutarem.

REX MAGNIFICUS, qui facit mirabilia magna solus, sue munificentie synum aperiens, nuper nostram Pragensem ecclesiam, per sanctissimum in Christo

cotidiano victu de una ecclesia ad aliam se transferunt facientes que non licet loqui in cleri obprobrium et scandalum laicorum. Nos attendentes quod nullus sine superioris sui licentia ecclesiasticum beneficium recipere vel dimittere potest,³ temeritatem huiusmodi volentes compescere statuimus, quod tales per diocesanos suos suspendantur ab executione ordinum susceptorum et nichilominus in exaggeratione facti subdantur pene carcerali. Verumtamen cum beneficium suum aliquis ad manus superioris sui renuntiare voluerit, superior ipse de renuntiationis causa, an sit rationabilis et iusta ac per consequens admittenda, an vero simoniaca vel in fraudem expectantium aut ordinum, ut predictur, susceptorum, seu per vim et metum extorta et sic non admitenda, inquisitionem faciat diligentem.^b

[7] ^aTit om UH, UJ et vide tabell. mss. *adhibiti*; ecclesiastici beneficii om WA, UB, UC et al *ad* diligentem om Li

¹Cf. X I, 9, 1-15; c. 1-2 in VI^o I, 7; c. 1 Clem I, 4 ²Cf. C 2 in VI^o I, 7 ³Cf. X I, 9, 4; *Mogunt.* p. 177^b-178^a sub eodem titulo statum strictissimum: „Nullus ecclesiam vel beneficium ecclesiasticum dimittere vel recipere praesumat, sine superioris sui auctoritate, quod sub pena excommunicationis omnibus firmiter inhibemus.“

[8] De etate et qualitate ad sacros ordines et curata beneficia promovendorum¹

Cum clericorum ordinatio vel beneficiorum provisio imminuerit facienda, prelati ex sui officii debito diligenter inquirent, an promovendus ad sacros ordines vel curatum beneficium sit gravis in moribus, etatis legitime et scientie competentis et utrum sit de thoro legitimo generatus, nam cum illegitime natus, si in seculo remanet quoad sacros ordines vel curatum beneficium obtinendum solus Papa poterit dispensare² et an ipse promovendus vel aliquis suorum progenitorum usque ad quartum gradum per paternam lineam ascendendo occiderit vel mutilaverit aliquem clericum in sacris ordinibus constitutum et pro clerico se gerentem et utrum habeat perpetuum beneficium ecclesiasticum vel sufficiens patrimonium valens ad sacros ordines promoveri; et si est de alia diecesi utrum habeat commendatitias seu dimissorias superioris sui litteras. Quem autem criminosum vel defectuosum invenerint in premissis vel aliquo premissorum, hunc omnino repellant. Precipimus insuper quod episcopi excommunicationis sententiam proferant in illos, qui furtive ad receptionem ordinum accesserint priusquam ordinationem inchoent clericorum.

[8] ¹Cf. X I, 14, 4; c. 1 Clem I, 6 ²Cf. X I, 17, 4 et c. 1 in VI^o I, 11 ³Cf. c. 3 in VI^o I, 9 et *Quaestiuiculae* nr. 144; R. ZELENY, *The Quaestiuiculae of Stephan of Roudnice*, „Apollinaris“ 38 (1965), nn. 108, 236, 372, *Mogunt.* o. c., p. 178^{ab} in 3 summaris et 3 capitibus. Arnestus clarius.

[9] De clericis peregrinis^{a 1}

Nullus in ecclesia sua ignotum seu peregrinum clericum de alia diecesi venientem ad celebrationem divinorum in publico presumat admittere, licet formatas suas seu litteras ordinationis sue exhibeat nisi etiam ostendat litteras diocesani episcopi vel eius vicarii in cuius se diecesi petit admitti, in quibus contineatur expresse quod in eius diecesi^b habeat licentiam celebrandi. Contrarium faciens in uno fertone grossorum Pragensium pro admissione qualibet per loci archidiaconum puniatur, pro utilitate fabrice cathedralis ecclesie convertendum.

[9] ^a seu de aliena diecesi *add Bra - Vide tabellam mss. adhibiti* ^bsc - diecesi om WC, UO, KD, IU ¹Cf. X I 22, 3 et *Quaestiuiculae*, nr. 43; *Mogunt.* p. 178^b sub eodem titulo *idem*, sine pena *pecuniaria*.

[10] De officio archidiaconi¹

Permittimus ut archidiaconi iuxta antiqua statuta ecclesie Maguntine² per consuetudinem approbata, personaliter in suis sedibus residentes, si iuris habeant peritiam sive assessores peritos, causas matrimoniales et usurarum audire et diffinire valeant, causis aliis diecesanis episcopis et ipsorum officialium examini reservatis.³ Iudicata per eos, preterquam in casibus supradictis, sint irrita ipso iure et nichilominus per loci diecesanum a suis officiis suspendantur nec absque suorum episcoporum speciali licentia ex causa quacumque a clero suorum archidiaconatum possint petere subsidium moderatum.

[10] ¹Cf. X I, 13, 1-10 ²*Mogunt.* p. 178, „De officio archidiaconatus“ - statutum analogicum ³Cf. W. PLÖCHL, *Geschichte des Kirchenrechts*, Wien 1962, II, 146 ss.; H. E. FEINE, *Kirchliche Rechtsgeschichte*, Weimar 1955, I, 325 ss.; *Cancellaria*, VI. *Processus* 8 [413], III. *Commissiones* 35 [348-349].

[11] De vicariis¹

Multorum querelis et propria experientia nos docente didicimus quod nonnulli prelati seu canonici cathedralium et collegiatarum ecclesiarum secularium et regularium, quorum dignitatibus, prebendis seu monasteriis parochiales ecclesie incorporate sunt vel annexae, perpetuis vicariis earundem assignant sic tenuem portionem quod de ea ipsi vicarii nequeant^a sustentari. ^bNos in his dispositionem iuris communis observari volentes, omnibus ad quos talium vicariorum institutio seu investitura pertinet, presentis statuti serie districte precipimus quod de cetero nullatenus ad vicarias ipsas presentatos admittant nisi prius ipsis pro

[125] ^a*Alii tituli*: „Nota: actor sequitur forum rei“ *BrA*; „De iudiciis“ *OA*, *KO*, *TA*, *MKE*, *BI* ^bnova rubr. cum titulo: „De eis qui sibi iudicium iniuste usurpant“ *UA*
 1 Cf. X 2, 2, 1–20; *Quaestiuiculae*, nr. 51; *Cancellaria Arn.*, III. *Commissions* 12 (327–328); *Mogunt.*, p. 184^{ab} in 3 summaris idem sub eodem titulo.

[126] *De fide instrumentorum*^{a 1}

Cum ex eo quod plerique rudes et ignari per se prothocollo^b facere nescientes et alii se notarios publicos mentientes, conficere instrumenta presumunt ex quibus plurima incommoda et pericula oriuntur, quibus nos obviare volentes prohibemus ne pro notario publico quisquam se gerat vel quevis instrumenta conficiat^c antequam de creatione sua loci diecesano vel eius officiali fecerit plenam fidem. Contrarium faciens excommunicationis sententiam incidit et instrumenta per eum confecta sint irrita ipso facto.

[126] ^a*Alii tituli*: „De officio notariorum“ *OA*, *TA*, *MKE*; „De publicis notariis“ *BrA*, *BrB*, *KB*
^bprothobella *UL*, *UR* ^c*UA*, *UB*, *UC*, *UE* et alii
 1 Cf. X 2 22, 216; *Mogunt om. hoc statutum*; *Cancellaria Arn.*, XXIV *Diversa*: 66 (556);
 VI *Processus*, 6 (441). Cf. E. OTT, *Beiträge zur Rezeptionsgeschichte des röm. canon. Prozesses in böhm. Ländern*, Leipzig 1879, p. 77–84.

[127] *De appellacionibus*^{a 1}

Iuris beneficio appellans nonnumquam abutitur qui revocatione per appellacionis iudicem attemptatorum post sententiam obtenta contentus, de iustitia forsitan principalis cause dubitans, appellacionem suam prosequi pretermittit. Ut igitur parti appellanti et honori iudicis a quo appellavit provideatur de remedio opportuno, presenti constitutione statuimus quod si appellans ipse, iusto impedimento cessante suam appellacionem non prosequatur, ex tunc iudex ipse a quo appellavit eum in pristinas reducat sententias quousque iudicatis pareat vel appellacionem suam debite prosequatur.

[127] ^a*Alii tituli*: „De appellacionibus tertius casus in quo quis sententiam incidit ipso facto per istas constitutiones“ *UR*; „Quod appellans suam appellacionem prosequi teneatur“ *BrA*
 1 Cf. X 2, 28 2–73; c. 1–12 in *V^o* 2, 15; c. 1–7 *Clem* 2, 12, *Mogunt.*, p. 185^b idem sub eodem titulo.

[128] *De vita et honestate clericorum*¹

Dolenter referimus quod multorum est adeo reprehensibilis vita clericorum ut ipsi per exempli perneciem mores non instruant sed destruant potius laicorum. Quapropter universi clerici mores et vitam reformant in melius et ea que ad

ipsorum statum et honestatem pertinent cum magna cautela custodiant, nec solum a malo sed etiam ab omni mali specie se prudenter studeant cohibere, continenter et caste vivant, a crapula et ebrietate abstineant, que sunt libidinis incentiva. Et etiam quando convivia preparant, que rara sint clericis, sex cibatorum seu ferculorum numerum non excedant. Tabernas non visitent et arma non portent nisi propter necessitatem et viarum pericula in itinere constituti.² Officia vel commercia secularia³ et presertim carnificum seu macellariorum aut tabernariorum prorsus evitent. Nam clerici, si huiusmodi carnificum aut tabernariorum officium personaliter et publice exercent et cum hoc deferant habitum clericalem et per diecesanum tertio moniti ab huiusmodi officiis non destiterint vel desistent vel postea reassumunt, in rebus propriis clericorum immunitate non gaudeant. Si vero cum hoc abiiciunt habitum clericalem etiam quoad personas perdunt privilegium clericale.⁴ Decet etiam ut clerici coronam seu tonsuram clericalem, patentibus auribus, cum habitu deferant clericali.⁵ Et quicumque clericus publice virgata vel partita veste utetur nisi rationabilis causa subsesset, si beneficiatus extiterit per sex menses a perceptione fructuum beneficiorum que obtinet, est ipso facto suspensus. Si vero beneficiatus non fuerit, in sacris tamen ordinibus infra sacerdotium constitutus, per idem tempus redditur eo ipso inhabilis ad beneficium ecclesiasticum obtinendum. Et idem est de aliis clericis qui nec beneficiati sunt nec in sacris ordinibus, vestem talem simul et tonsuram publice deferentibus clericalem. Dignitatem vero vel personatum seu beneficium aliud obtinens cui cura imminet animarum nec non ceteri in sacerdotio constituti ac religiosi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinseci morum intrinsecam honestatem ostendere, si preterquam ex causa rationabili publice vestem ferant huiusmodi sunt eo ipso beneficiati a perceptione fructuum beneficiorum que obtinent suspensi per annum; ceteri vero sacerdotes et religiosi quilibet per idem tempus annuale redduntur inhabiles ad quecumque beneficia ecclesiastica obtinenda. Clerici insuper maxime beneficiati caligis scacatis rubeis ac viridibus uti non debent⁶ nec ioculatores se faciant et si per annum vel post trinam monitionem artem ignominiosam exercent, eo ipso privati sunt omni privilegio clericali.⁶ Alearum et taxillorum ludos fugiant, corearum, torneamentorum et hastiludiorum et aliis publicis spectaculis non intersint.⁷ Clausuram monasteriorum monialium absque causa rationabili et manifesta et sine superioris licentia ingredi non presumant.⁸ Clericos qui vagi communiter nuncupantur in domibus suis non recolligant nec eis aliquod munus parvum vel magnum tribuant. Ecclesiam cathedralem vel collegiatam in qua quis beneficiatus existit infra divinum officium sine religione non intrent. Presbyteri parochialium ecclesiarum campanatores literatos seu clericos, non laicos uxoratos habeant, qui cum eis cantare et legere

non ignorent et cum divinum officium celebrant vel fidelibus ecclesiastica sacramenta ministrant uterque presbyter et campanarius superpelliceis desuper sint induti. Insuper nullus presbyterorum sine ministro missam audeat celebrare.

[28] ¹Cf. X 3, 1, 1-16; c. 1 in VI^o 3, 1; c. 1-2 Clem 3, 1; *Mogunt*, p. 185^b-188^a sub eadem inscrip. cum aliquibus additamentis longioribus, sicut de clericis vagabundis [s. d. Eberhardinis], de quibus agitur in 3 summaris et de sacerdotibus Eucharistiam ad infirmos deferentibus ²Cf. X 3, 1, 15 ³Cf. *Quaestiuiculae*, nn. 128, 129 ⁴Cf. c. 1 Clem 3, 1 ⁵Cf. c. 2 Clem 3, 1 ⁶Cf. X 3, 1, f. c. 1 Clem 3, 1; in VI^o 3, 1, 15 et *Quaestiuiculae*, nr. 263 ⁸Cf. X 3, 1 8; vide etiam ad hanc materiam *Cancellaria Arn.*, II Monitiones 9 (310-311), Commissiones 7 (324), 28 (433), 32 (346), 36 (350), 53.

[29] De cohabitatione clericorum et mulierum¹

Quamvis fornicationis crimen inter cetera crimina sit detestabilius clericis utpote quia inter ceteras virtutes principaliter carnis continentiam profitentur, multi tamen clerici sue salutis et professionis immemores, non solum temptationibus victi desideria carnis perficiunt sed etiam temptationem preveniunt, dum ne frustra temptentur in domibus propriis vel vicinis, paratas ad malum fornicarias nutriunt² mulieres. Ne igitur crimen ipsum videamur per tolerantiam approbare, omnes clericos qui de cetero in domibus suis suspectas mulieres vel etiam extra domum in sua procuracione publice detinent concubinas, si sint beneficiati beneficiis suis privandos, si vero non habeant beneficia ab³ executione ordinum per suos superiores fore decrevimus perpetuo suspendendos⁴ quos demum eorum malitia exigente ipsi superiores carcerum penis afficiant vel de suis diecesibus eiciant et expellant, si nec sic curaverint suam vitam emendare. Archidiaconos autem locorum, qui clericos sui archidiaconatus et plebanos, qui vicinos sive socios hac labe respersos scienter tolerant, tamquam pro concubinato proprio volumus condemnari.⁴ Licet autem clericus per fornicationis crimen vel alio mortali quolibet quoad se ipsum sit suspensus, non tamen debet ab aliis in divinis officiis evitari nisi crimen ipsum sit notorium per sententiam seu per confessionem factam in iure aut evidentiam rei que tergiversatione⁵ aliqua celari non possit.⁵ Notorium etiam concubinarium dicimus per canones ab ocio nedum quoad se verum etiam quoad alios suspensum, qua suspensione durante, si divisus se ingerit sicut prius, irregularitatis notam incurrit a qua nisi per Summum Pontificem poterit liberari.⁶

[29] ¹Hic sequitur *OE* - vide adnot. apud c. 2 ²hinc *KS* et om usque ad c. 36 donec satisfaciatur taliter dampnum passo ³Hic incipit denuo *MkA* (vide c. 14) ⁴Adnotatio in margine: Tergiversor oris i. c. in varias partes se vertere et accipere animum quasi huc illucque vertere. Unde hic tergiversator oris i. c. deceptor versipollis, quia animum quasi tergum huc et illuc vertat, ne qualis sit intelligatur et hec

tergiversio i. c. deceptio et hic et de tergiversibilis i. c. deceptionis habilis ad decipiendum, *MkB* ⁵et absolvi add *BrB*, *MkD*

¹Vide tabell. mss. adhib. alii tituli: „De concubinariis“ *BrB*, „De fornicariis“ *MkE*; „De notorio cohabitatore et pena ipsorum“ *KO*; cf. X 3, 2, 1-10; *Cancellaria Arnesi*, III. Commissiones 53 (364), Dispensat. IV 9, 10 (377); 19 (383); 32 (391) ²Cf. X 3, 2, 2-4 ³In registro titl.: „De plebanis qui vicarios concubinariorum fovent“ ⁴Denuo in registro inscri: Presbiter in mortali peccato existens excommunicatus est ⁵Cf. X 3, 2, 7 et X 3, 2, 10 ⁶Cf. X 3, 3, 1.

[30] De clericis non residentibus in beneficiis¹

Si parochialis ecclesie rector vel alius quivis clericus a beneficio^a suo quod obtinet sine sui superioris licentia se presumpserit absentare, eodem beneficio per superiorem suum est privandus quacumque contraria consuetudine non obstante, cum de iure communi quodlibet beneficium^b requirat residentiam personalem.

[30] ^aofficio *WB*; ^bcuratum add *BrA* et alii alii; ^ccorporalem *WA*, *UK* ¹Cf. X 3, 4, 6 ss.; *Mogunt*, p. 190^a sub eodem titulo in 2 summaris: in primo agitur de eodem sicut Arnesius, in secundo de prohibitione tenere beneficium curatum et simul aliud in collegio nisi ex gratia episcopi retinere permittatur; cf. *Cancellaria Arnesi*, I. Citaciones 1-15 (292-304), Commissiones III, 48 (360-361).

[31] De hiis, qui beneficia occupant violenter^a 1

Eum qui beneficium cui cura imminet animarum vi occupat seu se scienter intrudit in eo, decrevimus ipso iure privatum beneficium quod cum cura simili primitus obtinebat. Non enim decet, ut stultus melioris quam peritus conditionis existat vel quod invasor eo qui iuste ingreditur privilegio gaudeat potiori. Insuper ut violenti qui auctoritate vel verius temeritate propria occupare dignitates, personatus aut alia quecumque beneficia ecclesiastica non verentur, et si non virtutis amore, pene saltem formidine a sue temeritatis audacia refrenentur, eo ipso ius si quod in dignitatibus, personatibus et beneficiis occupatis taliter vel ad ea ipsis forsitan competeat, amittant.^b

[31] ^a*Inscriptio solum in registro; alii tituli*: „De probendis et dignitatibus“ *UO* et alii. „De beneficio et cura animarum“ *BrB*; „De occupatoribus iniustus beneficiorum“ *KB* ^bc. 18 in VI^o 3, 4 ad verbum ¹*Mogunt* om. hoc statutum.

[32] De institutionibus^a 1

Statuimus quod persona ecclesiastica quecumque, regularis aut secularis, in dignitate, personatu, officio seu ecclesiastico beneficio quocumque non

predicta baptismi et confirmationis sacramenta, per que tantum compaternitates huiusmodi contrahuntur, solum unus vir vel mulier cum compatre levante de cetero admittatur, non obstante in contrarium prava consuetudine,^b cum sit contra sacrorum canonum instituta.

[62] ^a*Alii tituli*: „De compaternitate“ *MkE*; „De spiritali cognatione que dirimit matrimonium“ *TC*; „De impedimentis matrimonii“ *MuC* ^bcf. c. 3 in VI^o 4, 3; *Quaestiuiculae*, nr. 15 ad verbum ^cCf. X 4, 11, 1-8; c. 1-3 in VI^o 4, 3; *Mogunt*, p. 270^b sub eodem tit. in 2 summaris brevissimis, *Cancellaria Arnesti*, IV. Dispens. 25 (386-387).

[63] De consanguinitate et affinitate¹

Qui divino timore postposito in animarum suarum periculum scienter in quarto vel infra consanguinitatis vel affinitatis gradu aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, nec non religiosi et moniales ac clerici in sacris ordinibus constituti matrimonia contrahentes, preter alias penas iuris, excommunicationis sententiam incidunt ipso facto.^a

[63] ^a*Clem* 4, 1, 1 ad verbum ^bCf. *Quaestiuiculae*, nr. 106; *Mogunt* om. hoc caput; *Cancellaria Arnesti*, IV. Dispens. 13 (378), 14 (379), 31 (320-321).

[64] De eo, qui duxit in matrimonium quod polluit per adulterium^a 1

Habens uxorem legitimam, si adultere sue, hoc scienti, promittit fidem de ea ducenda post mortem uxoris vel cum ea de facto contrahit carnali copula precedente vel sequente, non potest cum ipsa, legitima mortua, in matrimonio permanere. Si vero secunda ducta contractum cum alia ignorabat, tunc secunda instante cum ea compellitur remanere; compulsione autem huiusmodi durante, si vir cum tertia contrahit, tenet contractus, est tamen propter hoc penitentia sibi imponenda. Similiter si ipse vel adultera sua mortem uxoris legitime effectualiter procuravit, non potest adulteram aliquatenus ducere in uxorem. Item si uterque etiam sine adulterio in mortem legitime esset machinatus cum effectu.

[64] ^a*Alii tituli*: „De illis qui committunt adulterium“ *MkC* ^bCf. X 4, 7, 1-8; *Quaestiuiculae*, nr. 11, 12, 107, 108, 109; *Mogunt* om. hoc caput.

[65] De simonia et ne aliquid pro spiritalibus exigatur vel promittatur^a 1

In tantum peccatis exigentibus corda quorumdam presbyterorum simoniaca pravitas depravat quod nec baptismi, eucharistie, penitentiae aut extreme

unctionis sacramenta nec benedictionem nubentium aut exequias aut sepulturam mortuorum sive alia quecumque spiritalia, suis volunt subditis ministrare, nisi pro huiusmodi seu administratione ipsorum eis solvatur seu promittatur pretium, pro sue turpitudinis excusatione imo verius accusatione diuturnam consuetudinem pretendentes. Ne igitur tam perniciosam venalitatem simoniace pravitatis per impunitatem vendentium videamur nostris temporibus^b approbare, huius sacri approbatione concilii duximus statuendum quod singula predicta sacramenta et res sacre, non obstante quacumque consuetudine in contrarium que censenda est potius corruptela, per presbyteros sine exactione cuiuscumque temporalis emolumenti libere conferantur. Et quicumque de cetera premissorum vel alicuius ex predictis venditor fuerit deprehensus, si est rector ecclesie perpetuo ipsa privetur, si vero vicarius seu socius rectoris fuerit, ad episcopales carceres, ut ibi perpetuam agat penitentiam, detrudatur. Verumtamen si laici nollent rationabiles et approbatas consuetudines ecclesiarum observare, tunc non per ipsos presbyteros, cum in propria causa iudices esse nequeunt sed per episcopum vel eius officialem summarie et de plano de hoc veritate cognita ad earumdem observationem per censuram ecclesiasticam compellantur.² Preterea archidiaconi locorum sive decani rurales, si pro sacris liquoribus et chrysmate vel oleo per se vel per alios presumpserint aliquid extorquere, suis beneficiis perpetuo spolientur.^c

[65] ^a*Alii tituli*: „De clericis qui vendunt sacramenta“ *MkE* ^bpartibus *WA*, *UK*, operibus *O* ^cac priventur add *UJ*, priventur *UM*

¹Cf. X 5, 3, 8-9; X 5, 3, 29; *Quaestiuiculae*, nr. 162; *Mogunt*, p. 207^b in 3 summaris sub eodem tit. ²Cf. X 5, 3, 42; *Quaestiuiculae*, nr. 157.

[66] De Iudeis^a 1

Etsi Iudeos, quos perpetua culpa perpetue servituti subiecit, pietas christiana recepat et sustineat cohabitationem illorum, ingrati tamen esse non debent ut reddant christianis pro gratia contumeliam et de familiaritate contemptum et illam retributionem impendant quam iuxta vulgare proverbium inus in pera, serpens in gremio et ignis in sinu suis consueverunt hospitibus exhibere. Accepimus autem quod Iudei christianas puerorum suorum nutrices, quod non tantum dicere sed etiam nephandum est cogitare, cum illas recipere Corpus et Sanguinem Iesu Christi contingit, per triduum antequam eos lactent, lac effundere faciunt in latrinam. Alia insuper contra fidem catholicam detestabilia et inaudita committunt propter que est fidelibus verendum ne divinam indignationem incurrant, cum eos perpetrare sustinent que fidei nostre

[74] De sortilegiis^a 1

Parochiales presbyteri plebes suas frequenter informant ut sciant sortilegas artes et incantationes sub prolatione quorumcumque verborum vel scriptura characterum quibuslibet infirmitatibus hominum seu animalium nichil posse conferre remedium vel sterilitati agrorum vel arborum seu tempestati tonitruum vel grandinum providere et eis sub excommunicationis pena precipiant quod a sortilegiis et superstitionibus quibuscumque abstineant nec sortilegos consulant vel ad domos suas recipiant sed quod ipsi plebano tales denuntient ut turpiter deonestati eiciantur de plebibus ne per eos simplicium conscientie polluantur.

[74] *Alit tituli*: „De incantatoribus“ *MkC*, „De incantatricibus“ *VBA*

¹Cf. X 5, 21, 1-3; *Quaestiuiculae*, nn. 14, 44, 124, 164-168, 253; *Mogunt*, p. 216^b idem sub eodem tit.

[75] De clerico excommunicato vel interdicto vel irregulari celebrante¹

Is qui celebrat maiori excommunicatione ligatus aut cui est ingressus ecclesie interdictus, si in ea se divinis ingerat celebrando vel concelebrando in suo agens officio sicut prius et ille, qui scienter celebrat in loco supposito interdicto irregularitatem incurrit a qua nequit per alium nisi per Romanum Pontificem liberari. Talis etiam cui est ingressus ecclesie interdictus, si interdicto huiusmodi durante decedat, non debet sicut et communicatus excommunicatione maiori in ecclesia vel cimiterio ecclesiastico sepeliri. Ille vero qui scienter celebrat praesente excommunicato excommunicatione maiori est ingressus ecclesie interdictus et si hoc interdicto durante celebrat irregularis eicitur, ab ea tantum per Summum Pontificem est liberandus. Qui autem sic irregularis in contemptum clavium divina presumpserit prophanare, beneficiis suis privetur perpetuo et nichilominus subiciatur penitentiae carcerali.

[75] *In margine adnot. alia manu*: „Tempore interdicti sacerdos nequaquam missam celebret neque concelebrat neque omnia que ad executionem ordinum pertinent, sed diligenter se in omnibus circumspiciat ne irregularis fiat ab officii sui nichil faciat, exceptis tribus, scil. dare hominibus sacramentum Corporis Christi, X 5 39, 57, confessionem et baptismum. Recurre ad Summam Martiani, inter secundum, ibi invenies de ista materia. Item ibidem X 4, 1, 11. Item de Corpore Christi X 5, 38, 11“

¹Cf. X 5, 27, 1-10; *Quaestiuiculae*, nn. 51-53, 95^c; *Mogunt*, p. 216^b idem de eodem.

[76] De iniuriis et dampno dato¹

Si culpa tua alicui factum est dampnum vel iniuria irrogata seu alitis irrogantibus auxilium prebuiti aut hec imperitia tua seu negligentia evenerunt, de iure super

his satisfacere te oportet; nec ignorantia te excusat, si scire debuisti, ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere vel iacturam. Quod si animalia tua alicui nocuerint tu ad satisfactionem teneris nisi eadem animalia dando passis dampnum velis liberare te ipsum, quod tamen ad liberationem tuam non proficeret, si fera animalia vel que naturaliter consueverunt nocere dato quod domestica fuissent et licet^a debueras non curasti diligentiam adhibere. Sane licet ille, qui occasionem dampni dat, dampnum videtur dedisse, secus tamen est in illo dicendum, qui ne dampnum accideret de contingentibus nil obmisit.^b

[76] ^aquantum *UB, UD, UK et al.*; et quam *OE, KC et al.* ^bX 5, 26, 9 ad verbum

¹Cf. *Quaestiuiculae*, nr. 38; *Mogunt*, p. 217^b et 218^a sub eodem titulo sed de alia materia.

[77] Vacat [De rancore]^a 1

Et si iniuriam passus secundum christianitatis legem iniuranti rancorem ex corde, gratis pro Deo dimittere teneatur, satisfactionem tamen pro eadem coram competenti iudice potest petere, dimissione rancoris huiusmodi non obstante.²

[77] *Alit tituli*: „De dimissione iniurie“ *OB*, „De patientibus iniuriam“ *MkC*

¹*Mogunt* om. hoc caput materiamque ²Cf. *Quaestiuiculae*, nr. 93.

[78] De penitentiis et remissionibus¹

Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis^a pervenerit omnia sua solus peccata saltem semel in anno confiteatur fideliter proprio sacerdoti,^b iniunctam sibi penitentiam pro viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha^c eucharistie sacramentum,² nisi forte de proprio sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum; alioquin et vivens ab ingressu ecclesie arceatur et moriens christiana careat sepultura.^d Unde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur, ne quisquam ex ignorantie cecitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti^e voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam^f prius postulet et obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ipse illum non possit solvere vel ligare. Sacerdos autem sit discretus et cautus ut more periti medici superfundat vinum et oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens et peccatoris confitentis, non alterius, circumstantias et peccati per circumlocutiones cautas, maxime circa inusitata peccata, quibus prudenter intelligat, quale ei debeat prebere consilium et remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum egrotum.^g ³ Nam si peccator dicat se non posse vel nolle in futurum ab aliquibus peccatis mortalibus abstinere, dato quod